

Juditam uxorem Theoderici marchionis Mis-  
 nensis et orientalis, filii Ottonis marchionis.  
 Odabicus comes, filius Hinrici, duxit filiam  
 Bernhadi ducis Saxonie, ex qua genuit fi-  
 lium Hinricum. Anno Domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup> Odabicus  
 comes obiit. Fredericus comes de Brene duxit  
 Hedwigam, filiam Dagboldi eiusdem nobilis  
 de Bohemia, qui fuit pater Odachari ducis  
 Bohemie, genuitque ex ea Ottonem, qui in iuven-  
 tute obiit, Anno Domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>iii, et Fredericum  
 comitem et filiam Sophiam, Cuedelingebo-  
 rensem abbatissam. Anno Domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>x  
 Hedwig<sup>comitissa</sup> obiit. Anno Domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>xi  
 Testimo LXXXI<sup>o</sup> Fredericus comes senior de Brene  
 obiit. Otto comes sepultus est in Brene, ubi ma-  
 ter eius claustrum monialium instituit. Anno  
 Domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>. Fredericus comes iunior duxit  
 Juditam filiam Frederici comitis de Giegenhagen  
 fratris Hermannii <sup>comitis</sup> Thuringie, ex qua  
 genuit filiam Hedwigem et filios et Theoderi-  
 cum  
 Theodericus filius Ottonis marchionis Mis-  
 nensis et Lusacie duxit uxorem Juditam,  
 filiam Hermannii <sup>comitis</sup> Thuringie, et  
 genuit ex ea Hinricum illastrum principem.  
 Hinricus Misnensis et orientalis marchio fun-  
 davit Cellam novam, <sup>qui</sup> duxit uxorem Agne-  
 lam, sororem Odachari regis Bohemie, de qua  
 nongenuit liberos. Idem Hinricus aliam  
 duxit uxorem scilicet Constanciam, filiam  
 ducis Austrie, de qua nati sunt ei duo filii Alber-  
 tus <sup>lausgravius</sup> Thuringie et Theodericus  
 marchio de Landisberg. <sup>dictus</sup> princeps Hin-  
 ricus Terciam duxit uxorem, scilicet Eliza-  
 bel, de qua genuit Fredericum marchionem  
 de Dresden dictum Clemme. <sup>Fredericus</sup> vero  
 marchio de Landisberg duxit uxorem Hele-  
 nam, filiam marchionis Brandenburgensis,  
 de qua genuit Fredericum marchionem  
 Misnensem, nomine Iute. Albasus vero marg-  
 grauius

Hedw.

Hedwigg

Monasterium  
de Brene.

Thy. d. t.

+ f. ccl<sup>a</sup>

Cella nova fundatur.

Fingwis. Item predictus

elizabeth